

Labilis humani generis fluxus. actui suorum memoria precipitare solet in oblivionis abyssi. Qua propter memorandi actus ne defluant. in membrana tenaci literaliter
instuant. Hinc est quod scriptum inseri nobis placuit. quod concabium duorum priorum inter ecclesiam montis anglorum. et Rodolfum comitem de habtsburch. et lanteraniensis abbatem
et filios eius factum est. unum vicarium predictae ecclesiae. videlicet in inferiori monte. inter fluvium Surrannon. et notum limitem. tam silvam quam montes per gratiam dividentes. usque ad cursum
ruper Solzpach. ista inquam omnia tam culta quam inculta. cum filius. montibus. aquis. agrumque. decursibus. predictus princeps cenobio montis anglorum. contulisset. delegavit. et ex
toto se demceps abdicavit. cum advocatia perpetua a sepe dicta ecclesia libere possidenda. Et contra ecclesiam predictam quod ipsa dominorum absque contradictione possedit in
Sarnon cum omni iure quod Walthere miles illustris de Reidin illud memorate ecclesiae contulerat. per manum Henrici abbatis. omnibus fratribus suis in simul consentientibus ante
dicto comiti. iusta commutatione assignavit. ac se demceps abdicavit. Acta apud Lucernam. anno domini incarnationis. millesimo. centesimo. undecimo. Idibus. Julii. Innocentio vi.
et Romae sedi praesidente. Ottone vero eisdem nominis apice imperii gubernante. Gestesque huic negotio interfuerunt hi. Petrus venerabilis abbas cyrenensis. Henricus abbas
montis anglorum. Walthere prior Lucernensis. Odilricus cellerarius. Henricus plebanus. Eberhardus Stanensis plebanus. Henricus sacerdos de Bodeshes. Rodolfus comes. et filius
Adulbertus de Habtsburch. Marchward advocatus de Rotmburch. Henricus de heideko. Arnolds et frater eius hesslo de Kinnacho. Rodolfus halstab. Rodolfus
de Rosseko. Rodolfus de Tribseu. Burchardus de wattofwile. Wernherus de Bodeshes. et alii tam milites quam burgenses plures. Ut autem ista firma et inco
nulla permaneat. semper Henricus abbas. et Rodolfus comes. sigillorum suorum impressione ea roboraverunt.

